UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Magnus Ord. S. Brig. C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

Visual Library

MAGNVS ORD. S. BRIG.
FLORVIT ANNO CHRISTI 1400.

Bonifacio IX. Pontifice.
Roberto Imperatore.
Erico XIII. Rege.

Magni natales.

MAGNVS Vnnonis vir illuſtri genere, Eques Auratus, Regi tum Sueonum gratiſſimus: qui orbatus coniuge liberiſque exhortatione D. Brigittæ, à ſæculari ad religioſam vitam ſeſe tranſtulit. Erat autem cum prophanis, tum ſacris literis egregie doctus: atq; olim iuuenis artium magiſter ac Sac. Theologiæ Baccalaureus renunciatus. Deinde B. Catharinæ Vaſthenen. pater ſpiritualis factus & Monaſterii Vaſthenẽ. primus Confeſſor generalis cum egregiam nauaſſet operam in religione dilatanda, Monaſterio Vaſthenẽ. gubernando, & Canonizatione D. Brigittæ Romæ apud Sedem Apoſtolicam procuranda, pietatis, doctrinæ ac prudentiæ laude eximius, Florentiæ miraculis clarus migrauit ad Dominum, anno ſalutis circiter milleſimo quadringenteſimo ætatis vero ſuæ ſeptuageſimo. Sepultus ibidem in Monaſterio dicto de Paradiſo, Ord. eiuſdem vbi pia veneratione ſacræ eius obſeruantur reliquiæ.

S. Catharinæ à confeſſionibus.

Canonizationem S. Birgittæ procurat.

Florentiæ in Hetruria obiit ſanctitate conſpicuus.

Ex authentico codice examinis vitæ & miraculorum S. Catharinæ Vaſthenenſis.